

1770.11.11

DE
DOMINIO PER CONTRACTVM
AESTIMATORIVM ANTE SOLVTIO-
NEM PRETHI IN ACCIPIENTEM
NON TRANSLATO
SPECIMEN INAVGVRALE

Q V O D
POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
G E O R G I O III.

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE
DEFENSORE FIDEI
BRVNSVICENSIVM ET LVNEBVRGENSIVM DVCE
S. R. I. ELECTORE ARCHITHESAVRARIO
RECTORE GEORGIAE AVGVSTAE MAGNIFICENTISSIMO

ILLVSTRIS
IVRECONSVLTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS
PVBLICE DEFENDET

JOANNES HENRICVS STVHLMANN

ALTONANVS

AD DIEM VI. IANVARII CICDCCCLXX.

GOETTINGAE
EX OFFICINA SCHVLZIANA.

ILLVSTRISSIMIS
ATQVE
EXCELLENTISSIMIS DOMINIS
DOMINO
HENRICO
COMITI DE HOLSTEIN AB HOLSTEIN-
BVRG cet. cet.
DOMINO
CHRISTIANO DETLEVIO
FRIDERICO
ET
DOMINO
IOANNI LUDOVICO
COMITIBVS DE REVENTLOW ET DE
CHRISTIANAEDE LIBERIS BARONIBVS DE
TROLLENBVRG cet. cet.
DOMINIS NEC NON FAVORIBVS SVIS LONGE
GRATIOSISSIMIS

M O C

DISSERTATIONIS IN AVGVRALIS

S P E C I M E N

OMNI QVA PAR EST OBSERVANTIA

S A C R V M E S S E

I V E T

ILLVSTRISSIMORVM N OMIN V M

D O M I N O

C H R I S T I A N O D E T L E A V I O
R R I D E R J C O

E T

D O M I N O

I O A N N I L A D O A I C O

C O M I T I A B A D E R E A V N T F O W E T D E

C H R I S T I A N S A F D E F B E R R E S B A R O N I A S D E

T R O T T I N B A R G C C E C C E

C V L T O R O B S E Q V I O S I S S I M S A V
A V C T O R.



DISSERTATIO IN AVGVRALIS
DE
DOMINIO PER CONTRACTVM
AESTIMATORIVM ANTE SOLVTIO-
NEM PRETHI IN ACCIPIENTEM
NON TRANSLATO.

S. I.

Introitus.



Cum de contractis aestimatorio agere incipit LEY-
SERVS, (a) Nequeo, inquit, dissimulare mibi ex-
plicationem contractus aestimatorii suscipienti, nau-
seam

(a) m. ad. fl. spec. 221. tb. 3.

A

* * *

seam suboriri. Mouent eam mihi legum, quae de hoc contra-
du agunt, obscuritas atque inter se pugna et DDr. circa pra-
cipuas quaestiones diffensus etc. Vera est omnino magni
lēti. sententia, si dissensum iuris interpretum in hoc argu-
mento et apparentem legum pugnam spectamus. Nec
vlla maior, quam de hac quaestione est dissensio, vtrum
per hunc contractum transferatur dominium in accipien-
tem, cuius affirmatiuam sententiam tribus dissertationibus
propositam esse, constat. (b) Etsi porro plurimi DD. in
eo consentiant, contractum aestimatorum etiam hodie non
extra vsum esse, sunt tamen nonnulli, qui contrarium
contendunt (c). Quorum sententiam multis verbis refu-
tare superfluum esse videtur: quia et ex ipsa negotii na-
tura facile intelligi potest, hunc contractum in magnis
vrbibus, in quibus praeferim commercium floret, saepe
iniri posse; et multi DD. hoc testantur (d), qui etiam re-
sponsa facultatum iuridicaram, intuitu huius contractus
data, allegant (e). Sed subsistere in quaestione antea pro-
posita, eamque in disquisitionem reuocare ab instituti
rationi

(b) B. I. H. BOEHMER. *diff. de translatione dominii in contractu
aestimatorio.* FLOERKE *diff. de contractu aestimator.* tanquam
nominato. BRUCKNER. *diff. de contractu aestimatorio.*

(c) Simon van LEUVEN in *Censura forensi l. 4, c. 13 §. 6.* Si-
mon a GROENEWEGEN in tract. de LL. nrogat, ad lib. XIX.
ff. tit. 3.

(d) LEYSER U. c. BRUCKNER *diff. c.*

(e) B. I. H. BOEHMER. *diff. c. §. XLIII.*

¶ ¶ ¶

tionibus haud alienum visum est, cum specimine academico ingenii vires experiri, officii ratio posselet. Itaque me conuerto ad ipsam contractus aestimatorii explicacionem, ostensurus primo naturam eius, et quomodo differat ab aliis contractibus similibus; expositurus deinde argumenta, quae solent pro translatione dominii proponi, ut, cognita eorum vi, de rectiori sententia liceat rationes inire, quibus pertractatis, quaedam de actione, quac ex hoc contractu instituitur, adiicere iuuabit.

§. II.

Definitio contractuum in genere, et contractuum nominatorum et innominatorum.

Contractus in genere considerati sunt species conuentiōnum, quibus inest causa ciuiliter obligans. Inter hos *nominati* sunt, qui habent nomen speciale, et actionem cognominem; *innominati* vero sunt, quibus non competit nomen speciale et ex quibus actio cognominis proposita non est. Solent hi ab interpretibus diuidi in *irregularēs*, qui a regulari contractuum innominatorum natura non nibil deflectunt, et ad nominatos proxime accedunt, et in *regularēs*, qui a regulari contractuum innominatorum natura non deflectunt.

A 2

§. III

§. III.

Definitio contractus aestimatorii.

Contractus aestimatorius est contractus innominatus, quo res, certo pretio aestimata, alicui vendenda ita traditur, ut vel rem, vel premium determinatum restituat. Hanc definitionem sententiae legum conuenire appetet ex l. i. pr. ff. de aestim. et ex l. 17. §. 1. de P. V. et hypotheses in definitionem inferre videntur, qui partim ita definiunt hunc contractum, *Esse conventionem, qua alicui res pro certo pretio animo transferendi dominii tradatur vendenda, ita tamen, ut rei restitutio liberaitionem ab obligatione premium soluendi producat (a);* partim contendunt, hunc contractum dupli modo intelligi debere, eumque accipiunt vel pro tali negotio, quo certo pretio res aestimata vendenda detur, ut vel premium soluatur, vel venditione non secuta, res ipsa reddatur: vel etiam protali, *vbi non tantum praecedens tractatus intercedat, sed et ipsi accipienti evenualiter res vendatur, siue ille vel ad rem reddendam, vel ad premium soluendum simpliciter obstringatur. (b)*

§. IV.

(a) Excell. HELLEFELD. *iurispr. forens. sec. ord. ff. LXIX. tit. 3. §. 1066.*

(b) TITIVS ad LAVTERBACH. *obs. 1625. et eius tractat. Iuris priuat. Rom. Germ. l. 4. c. 14. §. 34.*

§. IV.

Prior definitio vel ideo non recte se habere videtur: quia animus transferendi dominii ad naturam contractus aestimatorii non pertinet, vti infra pluribus ostendam. TITII vero definitionem ideo non esse adsumendam, existimo: quia secundum priorem modum potius sit mandatum, quam contractus aestimatorius; secundum postriorem autem modum, si simpliciter ad rem restituendam accipiens in casu, si rem non vendiderit, obligatur, nec contractus aestimatorius intelligatur; nisi eo tantum fine haec verba adiecta sint, vt accipiens periculum ferat: quia ex contractu aestimatorio obligatio est alternativa. Quodsi vero accipiens ad pretium soluendum simpliciter obstringitur, si rem a estimatam vendere non potest: mea quidam sententia id pro vera emtione venditione conditionata habendum est.

§. V.

*Contractus aestimatorius est peculiaris
contractus.*

TITIVS (a) et cum eo BEYERV S (b) negant, dari contractum aestimatorium separatum: cum vel ad mandatum referri possit, si gratis res ab accipiente vendatur l. 5. §. 3.
A 3 mandat.,

(a) in iur. priu. Rom. Germ. l. 4. c. 14.

(b) in deliniat. iur. ciuil. ad ff. L. XIX. tit. 3.



mandat. vel ad locationem operarum, si ipsi merces soluatur,
et hos contractus non nunquam sub lege periculi sustinendi, et
eventuali emtione iniri contendunt. Sed obseruandum est,
contractum aestimatorum differre ab emtione, manda-
to, locatione et conductione operarum, quod ipsum mo-
nuerunt veteres Icti. 2) Eadem inesse συνάλλαγμα i. e. contra-
ctum; qui continet causam ciuiliter obligantem, pro-
pter mutuam praestationem (c), eamque in rem statuit
VLPIANVS l. i. pr. ff. de aest., Melius itaque visum
est, hanc actionem proponi. Quoties enim de nomine contra-
ctus ambigeretur, conueniret tamen aliquam actionem dari cer.
Cum igitur contractus aestimatorius differat a contractis
illis similibus, emtione venditione, locatione et con-
ductione operarum: sequitur necessario, eundem esse pe-
cularem contractum. (d)

§. VI.

*Contractus aestimatorius est contractus innomi-
natus.*

In definitione contractus aestimatorii, hunc contra-
ctum esse innominatum, contendit. Quod cum a non-
nullis negetur, argumenta, quibus id in dubium voca-
tur.

(c) l. 7. §. 2. ff. de paetis.

(d) cf. B. I. H. BOEHMER. diff. c. §. XIX. BRUCKNER. diff. c.
§. IV. et V. LEYSER m. ad ff. spec. 221. ib. I. et 2.

tur, perpendere iuuabit. Haec praecipue sequentia sunt.
 Obiicitur, 1) *contractum aestimatorium esse nominatum: quia habeat nomen specificum, et aestimatorius vocetur.* 2) *Contractum aestimatorium babere etiam actionem, tali specie nomine et ex contractu redundantis insignitam l. 1. ff. de aest. et in Rubrica L. XIX. ff. tit. 3. (a)* Respondetur autem ad
 1) *Nomen contractus aestimatorii nuspian legibus inueniri, eique tantum a doctoribus datum esse: ideoque ex hoc non concludi posse ad naturam contractus constitutendam, an sit innominatus, necne. Sed urgent dissidentes, Compilatores LL. romanarum catalogum quidem contractum nominatorum simplicium nobis exhibere, sed ubique esse altum silentium de contractibus compositis: contractum aestimatorium autem constare ex emtione venditione, locatione conductione operarum, mandato, societate (b); et licet hi contractus non semper simul huic contractui insint, quod per rerum naturam fieri non possit, attamen semper saltim duos comprehensos videri, qui quasi in unum conflati, aestimatorium constituant (c). Sed nego, contractum aestimatorium esse talen contractum compositum: cum requisita non habeat, quae in LL. ad emtionem venditionem, locationem, mandatum requirantur, et solo*

A 4

consen-

(a) FLOERKE *diss. de contractu aestimatorio, tanquam nominato*
§. III. et IV.

(b) STRYKII *V. M. ff. ad lib. 19. t. 3. §. 4. SCHILTER. Exer-*
cit. XXXI. §. V.

(c) FLOERKE *diss. c. §. V.*



consensu haud perficiatur, sed rei traditione (*d*), quod tamen adsumendum esset, si ex his esset compositus. Quod ad secundum argumentum attinet, ex contractu aestimatorio videlicet competere actionem specifico nomine et ex contractu redundantre insignitam, id ipsum merito negandum est. Namque 1) quae inde datur actio praescriptis verbis, est actio generalis, quae non solum ex contractu aestimatorio instituitur, sed ex omnibus contractibus in-nominatis (*e*). Deinde 2) nomen actionis aestimatoriae non est nomen specificum, contractum significans: nec hoc nomine negotium ipsum assignatur, vti in ceteris actionibus cognominibus fieri solet; sed tantum qualitas actionis de praescriptis verbis exprimitur, repetita ab aestimatione, quae huic contractui inest, et periculum facit eius, qui suscepit (*f*). Nec infrequens est 3) actiones vario respectu vocari aestimatorias; earumque tres diuerfa species apud Romanos occurunt. Nota est *a*) actio quanti minoris, seu aestimatoria, quae instituitur ex aedilitio edicto (*g*) ab eo, cui res vendita est vitiosa, vitium tamen non ita comparatum est, vt omnem rei inter-

(*d*) *I. pr. ff. de aeft. verba: res vendenda datur. I. I. §. 2. ff. I. 3. de rer. perm.*

(*e*) *I. pr. ff. de aeft. I. 1. 2. 3. de P. V.*

(*f*) *Cocc. ius controuers. de contr. innom. qu. III.*

(*g*) *I. 18. pr. I. 44. §. II. ff. de aedilit. edicto.*

¶ ¶ ¶ ¶

intercipiat usum; sed eum modo minuat (b). 3) Actio aestimatoria, quae datur ex iure praetorio illi, qui iniuriam passus est (i), qua illam secundum dolorem animi aestimat, petitque, ut poena haec sibi adiudicetur. 4) Aestimatoria prae scriptis verbis actio, quae ex hoc contractu instituitur. Cum vero contractus nominati cognominem actionem producant: hoc nomen actionis ambiguum non a nomine contractus, sed a qualitate negotii desumtum, pro argumento haberi nequit ad probandum, contractum aestimatorium esse contractum nominatum. Denique nec 4) ita argumentari licet, ut, quaecunque conuentio habet nomen, illa pro contractu nominato habenda sit: quia alias eodem modo inferri posset, permutationem esse contractum nominatum, qui tamen LL. pro innominato declaratur, l. 1. §. 2. ff. de rer. perm. ubi ait Paulus, *Alioquin si res nondum sit tradita, nudo consensu constitui obligationem dicemus, quod in his dumtaxat receptum est, quae nomen suum habent. etc.*

§. VII.

*Contractus aestimatorius a DD. nominatur
contractus innominatus irregularis.*

Contractus aestimatorius perinde ut permutatio, ideo contractus innominatus irregularis nominatur: quia a natura

(b) l. 13. §. 1. ff. d. A. E. V.

(i) l. 1. §. 4. l. 15. §. 24. ff. de iniur.

B



tura contractuum innominatorum nonnihil deflectit, simulque nomen aliquod ab vsu loquendi habet (a). Hanc diuisionem contractuum innominatorum in regulares et irregulares impugnant nonnulli Icti, et illos, qui ita sentiunt, contradictionem in adiecto committere, contendunt: quia definiunt contractus innominatos, tanquam tales contractus, qui nullo speciali nomine gaudеant, et tunc tamen eos dividunt in regulares et irregulares, et sub his intelligunt contractus, qui destinati sunt nomine specifico, et tamen eiusmodi nomen habeant (b). Et KNORRIVS dicit (c). *Non opus esse, ut hic statuamus contractum irregularem, cum speciale suum nomen habeat, et actionem cognominem producat.* Sed hanc diuisionem naturae contractuum innominatorum non aduersam esse, et iusto sensu tolerari posse, existinio. Etiamsi Icti, qui hanc diuisionem statuunt, contractus innominatos irregulares nomen habere, sentiant: simul tamen contendunt, illis non tale nomen competere, quod contractus nominati habent, nempe specificum, er quod naturam determinatam contractus indicat: ideoque non sibi contradicunt, cum denominationem contractus ab vsu loquendi

(a) LAVTERBACH coll. th. pract. tit. de act. BERGER. *secundum nom. iur. Libr. III. t. VII.*

(b) B. I. H. BOEHMER tr. de action. S. 2. c. 9. §. 4. not. r. FLOER.

XE diff. c. §. VI.

(c) in select. obs. ad ff. LVDOWIC. obs. 431.

loquendi tantum repeatant, et hoc sensu contractus innominati irregulares diuersi sint a contractibus nominatis.

§. VIII.

An contractus aëstimatorius consensu vel traditione ineatur?


Existimat Titius (a) solo consensu hunc contractum perfici, et contrariam sententiam fluere ex praecognita falsa opinione de peculiari contractu innominato: nam traditionem ad eius consummationem, ac certo modo ad obligationem accipientis pertinere, contendit, perinde ac conductor vel mandatorius ratione rei non antea ad restituendum obligatur, quam postquam res tradita est, Aduersus haec monendum est, contractum aëstimatorium omnino peculiarem contractum innominatum esse, vti supra ostendi, et praecognitam Titii opinionem in eo latere, quod contractum aëstimatorium solo consensu iniri, sibi persuadeat. In aprico vero positum est, ex contractu innominato ante actualem praestationem vnius partis nullam oriri ab altera parte (b) obligationem: illa vero interueniente obligationem esse tantum ex parte eius, cui aliquid praestatur, et hunc ab obligatione semel constituta, inuitio credito-

B 2

re,

(a) in obs. ad LAVTERBACH obs. 626.

(b) l. 1. §. 2. ff. l. 3. C. de rer. perm. l. 7. §. 2. §. de pact.



re, recedere non posse (c). Longe alia ratio est contra-
etuum locationis conductionis et mandati, qui ante rei da-
tionem solo consensu perficiuntur, quod aliter se habet
in contractu aestimatorio.

§. IX.

*An dans ab accipiente rem vendendam ante factam
venditionem iterum repetere possit?*

Etiam intuitu huius quaestioneis variae sunt interpre-
tum sententiae. Qui eam negant, tradentem exceptione
plus petitionis posse repelliri, existimant (a): quia semper in
alternativa obligatione debitoris sit electio, et varias leges al-
legant. (b). Et quia dominium transfertur, dantem ex nullo
fundamento restitutionem rei petere posse, et tantum ei com-
petere actionem aestimatoriam contra accipientem, quae tan-
tum petitum alternativum admittat. Alternatiuam obliga-
tionem debitoris vel ex eo probant, quod dominus rem
suam tradat alteri vendendam, et non praecise determinet, cui
vendi debeat: igitur liberum sit accipienti, an ipse rem emere
velit, nec ne, cuius conditionem dans non deteriorem voluit esse,
quam tertii alterius cuiusvis. TITIVS in obseruat. ad
libero omni sursum locum eronagido dicitur. L A V-

(c) l. 5. C. de O et A.

(a) FLOERCKE diff. c. §. XIV.

(b) l. 10. C. de cond. indebiti. l. 5. §. 1. deposit. l. 34 §. 6. de con-
trad. emt. venh. l. 34. §. 6. de iureiur. l. 6. §. 1. de iure
patron.

LAVTERBACH. (c) quidem ius poenitendi in contractū aestimatorio obtinere statuit; sed fundamentum adsumit, suae opinioni accommodatum, *quasi contractus aestimatorius sit aut mandatum, quo mandans habeat facultatem reuocandi, aut conductio operarum, qua, licet merces promissa sit, tamen operaे non simpliciter sint conductae; sed si conductori alienatio rei traditae placeat: hinc ob hanc conditionem facultatem reuocandi locum hoc casu habere pütat.* Sed quod alternatiuam debitoris obligationem concernit; verum quidem est, ex ea electionem debitori in contractibus nominatis simpliciter competere: quia vtraque pars statim ius ex his acquirit. Alia ratio est contractus innominati, in quo debitori simpliciter electio non competit; sed eo tantum casu, si alter, qui contractum impleuit, ius poenitendi non exerceat. Nam 1) ex contractu innominato ille tantum ius acquirit, qui impleuit contractum, et alter tantum est in obligatione, quae iuri alterius respondet. Iam vero in contractu aestimatorio dans solus ipsa rei ad vendendum traditione ius consequitur vel rem ipsam, vel eius pretium conuentum repetendi: et a iure illius dependet tota obligatio, quam in se suscepit accipiens, vt adeo dans, si eum poeniteat, rem ipsam ante venditionem peractam, repetere possit. Neque enim res data est, vt eam sibi habeat accipiens, sed vt vendat, et

B 3

licet

(c) obs. 631.

¶

licet eventualiter animus et voluntas alienandi adsit, tamen ante solutionem pretii ab accipiente factam, negotium est imperfectum et res integra: ideoque nullum ius accipienti quae situm est, et dans rem repetere potest. Accedit, quod ex omnibus contractibus innominatis competat ius poenitendi, et LL. (d) non distinguant an obligatio sit alternativa, nec ne: ideoque nec nostrum sit distinguere. Denique 3) ex hoc iute poenitendi sequitur dominium non esse translatum; quia alias dans non rem repetere possit, si dominium statim transferatur per traditionem rei. Dissidentes autem alio adhuc argumento vtuntur quod desumtum est *a natura negotiorum bonae fidei*, (e) inter quae et contractus aestimatorius resertur: *in his autem non obtine-re existimant ius poenitendi.* Sed 1) generatim adstrui non potest, in contractibus bonae fidei hoc ius non obtainere: cum dentur contractus, veluti mandatum, societas, depositum, in quibus omnino ius poenitendi locum habet (f); nec id exulet in permutatione, quae etiam est contractus bonae fidei. Deinde 2) verba l. 1. pr. ff. de aest. *Omnia et hic locum habent, quae in bonae fidei iudiciis diximus*

(d) l. 5, § 1. ff. de P. V. l. 3, § 2. et l. 5. ff. cond. caus. dat. caus. non sec.

(e) l. 1. pr. ff. de aest.

(f) Cocc. ius controu. qu. 12. tit. de aest. BERGER Resol. LL. cod. tit. qu. IV. LAVTFRBACH coll. th. pr. cod. §. 19,

mus cert., nihil aliud disponunt, quam quod omnia, quae
 substantiae contractus aestimatorii conueniunt, non quae
 aduersa sunt, vti obligatio bilateralis est, secundum ae-
 quum et bonum dijudicari debere. Sunt, qui, danti ideo
 competere ius poenitendi existimant: quod accipientis non in-
 terfit, vtrum res vendenda ipsi data vendatur, an vero domi-
 no restituatur; isque exceptione tua non interest, si denegaret
 restitutionem, repelliri possit. Etiam si enim res sit vendita, et
 accipiens ultra pretium determinatum aliquid acceperit: illum
 tamen, cum non sit dominus rei traditae, nemo vero ex re ali-
 ena lucrum capere possit, id, quod pretium conuentum excedit,
 tradenti praestare debere putant. Verum enim vero haec
 ratio rem confidere non videtur, cum accipientis omnino
 interfit, vtrum rem vendat, an ante factam venditionem,
 tradenti retrotradat: quia secundum verba contractus
 quicquid pretium conuentum excedit, retinere, idque lu-
 crum cum consensu domini percipere ex re aliena potest.
 Idem evidentius appareret, vbi merces in casu venditionis
 est determinata, quam ob poenitentiam dantis, re restitu-
 ta, accipiens petere non potest. Neque lucrum cessans
 intuitu accipientis ob ius poenitendi attenditur. Nemo
 enim ex contractu innoaminato ante eius implementum,
 a sua parte factum, ius sibi acquirere potest.



§. X.

Qualis culpa in hoc contractu sit praestanda?

Contractus innominati regulariter respiciunt utilitatem utriusque contrahentis, et vel in eo subinde differunt a contractibus nominatis, qui saepe tantum alterius utilitatis causa ineuntur. Cum vero in omnibus contractibus, ex quibus uterque contrahens commodum habet, culpa leuis praefetur, etiam hoc de contractu aestimatio est statuendum. (a)

§. XI.

Quotuplex sit aestimatio?

Cum hactenus contractum estimatorum tanquam peculiarem contractum innominatum considerauerim, pertractatis simul nonnullis quaestionibus, quae ex hac doctrina dijudicari debent: progredior ad naturam contractus estimatorii explicandam. Cum in definitione, *Rem aestimatam vendendam dari*, indicetur: vis aestimationis paucis expendenda est. Fit aestimatio *vel publica*, *vel priuata auctoritate*: et haec iterum *vel per conuentio-*
nem,

(a) l. 5. § 2. ff. *commod.* l. 5. § 1. l. 17. § 3. ff. *de P. V. LAVTER-*
BACH. coll. th. pr. de P. V. § XVII.

¶ ¶ ¶

nem, vel alio modo. De aestimatione per conuentionem facta hic tantum agi, facile quisque intelliget: eaque fit per determinationem pretii a contrahentibus factam. Solet illa a DD. diuidi in aestimationem venditionis, et in aestimationem taxationis gratia factam; quae diuisio LL. etiam est fundata. Illa fit eo fine, ut accipiens rem pro certo pretio venditam babere possit (a); haec autem hoc solo fine, ut de pretio rei constet (b). Quae definitio aestimationis venditionis gratia admodum differt ab illa, quae a multis DD. datur (c): qui eam tunc demum iniri existimant, quando pro pretio aestimato dominium rei in accipientem transfertur, in eamque rem ad l. 5. C. de iur. dat. prouocant. Sed dominii translatio ad naturam aestimationis venditionis cauſa non pertinet; nec id ipsum, quod in controversiam vocatur, ingredi debet in ipsam definitionem. In lege citata sermo est de dote aestimata data, cuius dominium maritus consequitur. Est hoc dotis dationi proprium, ut per eam rei, in dotem traditae, dominium in maritum transferatur: idque ob aestimationem dotis, venditionis cauſa factam, ita in eum transit, ut pretii restituzione liberetur. Quamquam porro in LL. dicatur, aestimatione-

(a) l. 5. C. de iure dot.

(b) l. 21. C. iud.

(c) Coec. iur. controvers. de aet. qu. VII. LAVTERBACH coll. th.
pr. de aet. § XII. FLOERKE diff. c. § XI.



¶ ¶ ¶

mationem esse instar emtionis venditionis, ab ipfa tamen
emtione differt, cum res retrotradi possit, et Iesus in l. 16,
ff. de iur. dot. moneat, *Non esse simplicem venditionem, sed
dotis causa.* Accedit, quod translatio dominii ex natu-
ra tituli, quo res alteri traditur, ideoque ex natura con-
tractus principalis sit diiudicanda, non vero ex qualitate
aestimationis, quae in traditione rei interuenit.

§. XII.

*Quanam aestimatio in contractu estimatorio
obtineat?*

Doctores intuitu aestimationis, quae in contractu aesti-
matorio locum haber, admodum dissentunt. Alii con-
tendunt, *illam esse venditionis causa adiectionem* (a): alii *taxa-
tionis gratia* (b); alii *tertiam speciem aestimationis in contra-
ctu estimatorio adsumunt.* (c) In diiudicanda hac quae-
stione cum natura diuersarum specierum aestimationis;
cum etiam contractus estimatorii perpendenda est. Hic
ita initur, vt accipiens alternatiue vel ad rem, vel ad pre-
mium determinatum praefundam obligetur. Aestimatio
taxationis causa hoc solo fine tantum adiicitur, vt de pre-
tio

(a) B. I. H. BOEHMERI *diff. c.*, FLOERKE *diff. c.* HAHN
ad WESENBEC. de aest. n. 5.

(b) Cocc. iur. controverf. *cod. tit. qu. VII.*

(c) LAVIERBACH *coll. tb. pr. cod. tit.*

¶ ¶ ¶

19

tio rei constet: id quod ex variis rationibus fieri potest,
v. c. in mandato, vt mandatarius minimum pretium, pro
quo rem vendere possit, sciat (*d*); vel alio in contractu,
vt appearat, si forte aliqua species deminuta, aut deper-
dita fuerit, quid reposci possit. (*e*) Ex hac aestimatione au-
tem taxationis causa accipiens non electionem habet, an
rem, vel pretium restituere velit: ideoque illa in contra-
ctu a estimatorio locum habere non potest. A estimatio ve-
ro venditionis causa accipientem alternatiue obligat: quia
fit eo fine, vt accipiens rem pro certo pretio venditam ha-
bere possit. Quae alternatiua obligatio conuenit cum ea,
quae ex contractu a estimatorio oritur: ideoque hanc aesti-
mationem in contractu a estimatorio interuenire merito est
statuendum.

§. XIII.

In eandem sententiam quidem abeunt B. I. H. BOEH-
MERVS (*a*) et cum eo FLOERKE (*b*), aestimationem vi-
delicet venditionis causa in contractu a estimatorio obtine-
re, eamque *tum esse adiectam censem*, *si tradens in arbitrio*
accipientis ponit, utrum rem acceptam reddere, an vero aesti-
mationem conuentam praeflare velit: per talem aestimationem

C 2

vero

(*d*) *I. 5. § 2. mandat*

(*e*) *I. 21. C. de iure dot.*

(*a*) *diff. de translat. dom. in contr. aestim. § VII.*

(*b*) *FLOERKE diff. de contract. aest. tanquam nomin.*

vero dominium rei traditae transferri, existimant ob l. 5. C.
de iur. dor. Sed haec lex, vti iam monui, continet dispo-
sitionem doti aestimato venditionis causa traditae propri-
am: nec a titulo dotis, ad dominium ciuale transferendum
habili, argumentum duci potest ad aestimationem in con-
tractu estimatorio obuenientem; sed potius huius aestima-
tionis effectus secundum eius naturam et secundum leges
quae de contractu estimatorio disponunt, sunt diiudicandi.

§. XIV.

*Vnde colligatur, an aestimatio venditionis, vel ta-
xationis gratia adiecta sit?*

Ad diiudicandam quaestionem, quaenam aestimatio
in dubio contractui adiecta sit, B. I. H. BOEMEHRVS
(a), LAVTERBACHIVS (b) et BERGERVS (c) et multi
alii sequentes regulas dederunt. 1) Attendendum esse quid actum
sit inter partes, v. c. ex praefatione contractus, vel ex illius
tractatibus. 2) Si hoc non constet, in dubio illam venditionis gra-
tia in contractibus per se dominii translatiuis esse factam. 3)
In aliis contractibus, ubi non agitur de dominio transferendo,
Secundum naturam propriam contractus esse concludendum, par-
tes potius voluisse aestimationem taxationis causa adiicere: cum
in his negotiis talis interpretatio sit admittenda, quae natu-

(a) diff. c.

(b) coll. th. pr. de aest. § XXIII.

(c) Resolut. LL. eod. tit. qu. III.

¶ ¶ ¶

viam negotii, de quo facta, est non destruit (d); et in dubio contra-
bentes ipsius contractus naturam sequi videantur, ut in com-
modato l. 8. et 9. ff. commodat., deposito l. 17. § 1. ff. depos.,
locatione l. 39. ff. locat: nec huic legi obstat l. 3 et 54 locat,
ubi tantum agitur de aestimatis praedii rustici instrumentis.
Quodsi denique in huiusmodi negotiis accipiens expresse pro-
mittit, vel ipsam rem incorruptam, vel aestimationem restituere,
tunc ad illum omne periculum pertinere, censem. Samueli
Cocceio displicant hae regulae (e), quae ipsi suspectae vi-
dentur: quia etiam in illis negotiis, quibus regulariter per
rei traditionem dominium non transfertur, aestimatio pro ven-
ditione haberri solet, ut in l. 3. locat. Itaque sequentes re-
gulas proponit. 1) In dubio aestimationem venditionis gratia
accedere videri in iis negotiis, quibus usus rei in accipientem
transfertur: cum res illae usu minuiatque consumi soleant, et
bonus paterfamilias rem suam aliis hac lege vtendam concedat,
et aestimatio maneat in obligatione. Hinc 1) in tit. de usufr.
dispositum esse, refert, dominium in quasi usufructu, aestimato-
dato in usufructuarium transferri § 2. I. de usufr. 2) Re lo-
cata, et instrumentis aestimato datis, haec pro venditis habe-
ri l. 3. locat. 3) Rem aestimatam commodatam haberri pro ven-
dita, ita ut omne periculum ad commodatarium pertineat l. 5.
§ 3. commod. 4) Seruo aestimato colonae adscripto, casum per-
tinere

(d) l. 80. ff. de contr. emt.

(e) iur. controvers. de aest. qu. VIII.

22

¶ ¶ ¶

tinere ad colonam l. 54. § f. locat. 5) Ita in dote quoque iure dominii ciuilis omne commodum et omnem utilitatem in mari-
tum transferri. Si proinde hoc aestimato fiat, omne periculum,
omnemque casum pertinere ad maritum, et ipsam aestimationem,
non rem, esse in obligatione, atque illam non hanc finito matri-
monio restitui l. 10. § 4. l. 16. ff. de iur. dot.; nisi uxor sibi
reseruauerit electionem, tunc enim ut pacti rem ipsam manere
obligatam, et aestimationem saltim taxationis gratia accessisse
videri. II) E contrario taxationis gratia interuenire aestima-
tionem, quoties non vsus rei, vel vsus quidem, sed rei, quae
usu non minuitur, in alterum transfertur, ut si res alicui da-
tur, ut eam vendat certo pretio l. 5. § 3. mand.: nam tunc to-
tam rationem allegatam cessare: quia vsus rei non transfe-
rtur, et si pretium hoc casu additur, illud ideo accedere videri,
ne, si species aliqua culta accipientis diminuta, aut desperita
fuerit, alio pretio, quam quo taxata, reposceretur, l. 21. C. de
iur. dot., vel ut appareat, quanti rem vendere debeat. Sed ne-
que illorum, neque huius regulae ad diiudicandam
hanc quaestionem mihi aptae esse videntur. Quod ad pri-
mam ab antea laudatis Ictis propositam regulam attinet,
Attendendum nempe esse, quid actum sit inter partes, hanc
vtrique obtinere, arbitror; quia haec est generalis et in in-
terpretatione omnium contractuum adhibenda. Secunda
vero et tertia regula opinioni innituntur, per aestimatio-
nem venditionis causa dominium transferri. Cum vero,
per

28

per hanc aestimationem dominium non transferri, supra
ostenderim; nulla ratio adest, cur in dubio tantum illae in
contractibus dominium translatius sit adsumenda: ideoque
mihi haud adaequatae esse videntur. Quod ad regulas, a
Sam. Coccoeo datas, attinet: in contractu tunc demum
dubium oriri censetur, si neque ex verbis contractus, ne-
que ex LL. satis appareat, quid statuendum sit. Quodsi
LL. indolem aestimationis, contractui adiectae, determi-
nant: ea sequenda est, quamdiu ex verbis contractus non
apparet, contrahentibus diuersum placuisse; prae sumptio
enim est, illos LL. tanquam regulam contractus adsumisse,
et neque tunc causa in dubio versari censetur. Ad fir-
mandam regulam vero illi. ictus casus speciales allegat,
legibus decisos, de quibus nullum dubium oriri potest, et
de his ad casus dubios et non decisos argumentatur;
etiam si illi potius exceptiones a regula confidere videan-
tur. Nec omnia exempla, quae allegat, ita comparata sunt,
ut cum regula prima ab ipso data conueniant. Sic, rem
commodatam aestimato datam haberi pro vendita, censet ita,
ut omne periculum ad commodatarium pertineat, in eamque
rem allegat l. 5. § 3 commod. Sed 1) huic sententiae magnopere
obstant l. 8. et 9. ff. commod., quibus expresse dicitur,
commodantem non habere animum transferendi dominium;
id quod tanquam principium ex natura contractus descen-
dens tamdiu sequimur, donec probetur, contrahentibus

C 4

placuisse





placuisse contrarium. 2) Aestimatio vero non transfert dominium, ideoque ab hac ad dominii translationem non concludi potest. Neque l. 5. §. f. commod. id probat, quod ex illa Cocceius probare voluit. Haec enim lex supponit, quod quis, aestimationem se praestitum, receperit, in eoque casu, quod accipiens periculum praestare debeat, disponit. Quod ad exemplum dotisattinet, hoc potius militat aduersus illius sententiam: quia etiam intuitu bonorum dotalium non fungibilium aestimato datorum (*f.*) maritus dominium accipit: ideoque ex his patet, Cocceii regulam non esse vniuersalem, et tantum in casibus per leges determinatis esse fundatam. Quando itaque regulae DDr. ideo suspectae videntur Eximio Icto, quod etiam in illis negotiis, quibus regulariter per rei traditionem dominium non transfertur, aestimatio pro venditione haberi soleat: in eo, mea quidem sententia, ratione parum adaequata vti videtur, tum quod ex nonnullis casibus LL. decisis, et qui ne omnes quidem ad firmandam eius sententiam pertinent, regulam struere velit; tum potissimum ex eo, quod per aestimationem venditionis causa dominium transferri gratis contendat. Quod ad secundam Cocceii regulam attinet, nec hanc esse adsu-
 mendam,

(*f.*) l. 10. et l. 16. *f. de iur. dot.*

mendam, facile ex antecedentibus, et vel ex hoc intelligitur, quod v. c. rem quae longo vsu vel abusu consumi potest, in commodatum dare possim, et quidem aestimata in eum finem, vt commodatarius, si reabutitur, pretium determinatum praestet: ideoque etiam in talibus causis, quibus res vsu minuitur, aestimatio taxationis causa intervenire potest. Sane in casu dubio, mea quidem sententia, haec principia sequenda esse videntur. 1) Attendendum videlicet esse, quid inter partes actum sit; et 2) si ex his non patet, quaenam aestimatio sit adiecta: tunc quia semper minimum est praesumendum, aestimationem taxationis causa esse adsumendam: quia tradens accipienti facultatem rem retinendi tribuere voluisse, prae sumi non potest.

§. XV.

An sufficiat praestare pretium conuentum, licet accipiens plus inde sit consecutus?

Cum in contractu estimatorio res ita aestimata vendenda detur, vt accipiens vel rem restituat, vel pretium determinatum praestet: quaestio inde oritur, si accipiens maius pretium pro re acceperit, vtrum id, quod determinatum pretium excedit, sit dantis, an accipientis. Et magis est dicendum, accipientis esse superfluum, et sufficere, si determinatum

D

natum





natum pretium danti soluat: quia modo, aut aestimationem praestare, aut rem restituere obligatur. Quodsi igitur accipiens pretium determinatum soluerit, danti nulla competit actio: quia ille obligationi suae satisfecit. Obstat quidem videtur l. 13. pr. de P. V. *Si tibi rem vendendam certo pretio dedissem, ut quo pluris vendidisses, tibi haberes, placet neque mandaro, neque pro socio esse actionem; sed in factum etc.* ex qua lege nonnulli inferunt, (a) accipientem tunc denum superfluum retinere posse, si tale pactum, vti lege citata obuenit, adiectum sit. Sed haec lex 1) de contractu aëstimatorio non disponit, ideoque huc non pertinet; quia ex tali pacto adiecto non oritur obligatio alternativa, vti ex contractu aëstimatorio 2) Neque probari potest consequentia, quod quia hoc casu pactum adiectum est, ideo citra pactum id fieri non possit: nam saepe ea, quae tacite negotio insunt, pacto exprimuntur. (b) Denique 3) hac lege plane de eo non quaeritur, vtrum accipiens citra pactum lucretur superfluum, sed quale negotium sit, et quanam inde detur actio. Quamquam porro alii obiiciant, accipientem ideo superfluum accipere non posse; quia ex re aliena lucrum caperet; animaduertendum tamen est, quod accipiens tali lucro vi contractus fruatur.

nec

(a) ZONES ad ff. de aëstim. Voct. comm. ad ff. cod.

(b) BERGER Resol. LL. obß. cod. tit.

nee vllum dubium sit, quemcunque cum consensu domini ex re aliena iustum lucrum capere. Dissert omnino in eo contractus aestimatorius a mandato, quod mandatorius nullam lucrum capere possit, et omnia, quae intuitu mandati accepit, restituere debeat (c), quia est negotium gratuitum, cuius consequens est, ex l. 46. §. 4. de procur: contrariam sententiam defendi non posse; cum ibi de mandato et non de contractu aestimatorio sermo sit. Huius quidem sententiae est T I T I V S (d), qui dum per hypothesis duplē hunc contractum ineundi modum statuit, priorem sententiam veram esse, putat, si contractus aestimatorius ita sit initus, ut res, vel pretium conuentum simpliciter reddatur, non autem, si res vendenda nude concedatur; quia tunc accipiens excessum non aliter lucratur, quam si expresse ita conuentum sit: Sed posterior, quem statuit, contractum aestimatorium contrahendi modis, non efficit hunc contractum, sed mandatum, vti supra iam ostendi (e).

D 2

§. XVI.

(c) l. 8. mandat.

(d) obseruat, ad L A V T E R B A C H. ols. 632.

(e) L A V T E R B A C H. coll. th. pr. de aestimat. §. XXI, STRUVIT Syntagni iur. ciuil. Ex. XXV. §. VI. T R E V T L E R. disp. XXX. th. 2. B A C H O W ad T R E V T L E R. l. c. M E I E R Colleg. Argentor. de aest. §. 5.

§. XVI.

An accipiens rem retinere possit?

Haec quaestio admodum contentiosa est, et, mea quidem sententia, secundum naturam contractus ita est existimandum, posse omnino accipientem rem retinere, cum aut rem restituere aut pretium praestare, obligatus, per pretii solutionem ab omni obligatione intuitu dantis liberetur, nec ideo danti facta pretii solutione facultas rem repetendi supersit. Quoniam vero secundum ea, quae supra dixi, dans ius poenitendi, re adhuc integra, exercere potest: pondendum omnino est, ut accipiens, si rem retinere vult, prius quam ius poenitendi a dante exerceatur, vel se rem retinere velle danti declaret: vel pretium determinatum soluat. Alterutro facto, quia res non est integra, dans ius poenitendi exercere amplius non potest.

§. XVII.

An res in specie sit restituenda?

Accipientem rem ipsam, non autem aliam eiusdem generis restituere posse patet et ex definitione, contractus a estimatorii et ex verbis V LPIANI l. i. ff. de aest. qua dicitur, *Rem ipsam debet incorruptam reddere.* His verbis disponitur, accipientem non solum rem ipsam restitu-

restituere; sed etiam omne dominium intuitu rei danti illatum, si aestimationem suscepit. (a)

§. XVIII.

An in contractu a estimatorio rescissio ex laesione enormi obtineat?

Quod si dans in pretio, quo a estimata rem tradidit, ignorans laesus sit ultra dimidium, quaestio oritur, an hoc casu remedium ex l. 2. C. de resc. vendit., applicari possit. Quam quaestionem optime, vti mihi videtur, decidit BRUCKNERVS (b) dum distinguit, *vtrum ipse accipiens postea rem emat, et premium determinatum soluat, quo casu remedium omnino obtainere censet; an ille rem tertio vendiderit, et tunc attendendum esse, putat, vtrum hic premium a dante statutum soluat, an maius; priori casu exceptione accipientis contra tertium ex hac lege esse agendum; posteriori autem, si accipiens rem vendendo ultra duplum pretii statuti accepterit, et res per se duplo plus valeat; contra accipientem hanc actionem ex L. 2. C. de resc. vend. esse instituendam; si vero non ultra duplum pretii determinati tertius accipienti soluerit, tunc non contra accipientem agi posse sec. l. 2. C. de resc. vend. sed contra tertium tantum, si res plus duplo valeat, quam premium, quod hic accipienti soluit; premium vero determinatum hic considerari non posse.*

D 3

§. XIX.

(a) BRUCKNER diff. de contr. aest. §. XV.

(b) l. c.

§. XIX.

*Accipiens tantum suo periculo fidem emtori
babere potest.*

Ceterum quamquam in contractu aestimatorio res vendenda tradatur, ita tamen traditur, ut aut res ipsa, aut premium conuentum restituatur, ideoque negotium rei vendendae est ipsis accipientis. Qui si, fide emtori habita, rem vendiderit, nec premium ab emtore receperit: danti tamen nihilominus satisfacere debet; neque enim hic illi fidem emtoris sequi permisit, sed potius ea lege rem vendendam dedit, ut vel ipsam rem, vel premium determinatum praestet, et sibi ipse imputare tenetur, quod fidem emtoris sit sequutus.

§. XX.

*Contractus aestimatorius differt ab emtione
venditione.*

Postquam naturam contractus aestimatorii exposui, arte non alienum esse videtur, prius quam quaestionem de translatione dominii disquirere incipio, quaedam de differentiis contractus aestimatorii ab emtione venditione, mandato, locatione conductione, et societate, adiicere. Contractum aestimatorium pro ipsa emtione venditione

non

non esse habendum, tanto certius est; cum et Ictis Romanis verior visa fuerit sententia, hoc negotium esse ab emtione venditione diuersum (a), ex natura rei videlicet edictis, hic desiderari, ut res vendenda tradatur. (b). Manifestae omnino sunt differentiae contractus aestimatorii et emtionis venditionis. 1) Quod ille sit contractus innominatus et realis, quia contractus innominati ex facto incipiunt, hic autem nominatus et consensualis; 2) Quod in illo non de re pro pretio in accipientem transferendo agatur, sed res vendenda tradatur; in hoc autem de re pro certo pretio in accipientem transferenda conuentio ineatur. 3) Quod in illo accipiens non praecise ad pretium obligetur; Sed in eius arbitrio sit, an rem, aut pretium velit restituere; in hoc autem emtor ad pretium praecise obligetur. 4) Quod in illo danti competit ius poenitendi; in hoc autem vendor id exercere nequeat. Obiiciunt non nulli (c), rem plerumque quidem in contractu aestimatorio vendendam dari: sed tamen hoc non semper fieri, cum etiam ita possit dari, ut accipiens actu emat, et soluat pretium sub pacto, ut teneatur prior vendor, rem, si eam iterum vendere nequeat, recipere, et pretium restituere. Sed hoc casu emtio ven-

D 4.

ditio

(a) I. I. ff. de aeft.

(b) B. I. H. BOEHMER diff. c. §. XVIII. TIT. ad LAVTERBACH obf. 636.

(c) cf. BRUCKNER. diff. c. §. V.

ditio sub conditione resolutiva celebratur, non contra-
et usus aestimatorius. Nam eodem modo, ut vendor sibi
per pacta adiecta prospicere potest, v. c. per pactum ad-
ditionis in diem vel per legem commissoriam, vel per
pactum de retrouendendo: ita etiam emtori liberum est,
in sui favorem tale pactum adiicere, ut sibi, si rem intra
certum tempus vendere non possit, liceat reddere illam ven-
ditori. Nec hoc casu datur res vendenda, quod ad naturam
contractus aestimatorii pertinet; sed pro certo pretio res
venditur.

§. XXI.

Contractus aestimatorius differt a mandato.

Habet quidem mandatum de vendendo cum contra-
ctu aestimatorio quandam similitudinem, maxime, si nulla
merces est promissa; est tamen utriusque contractus propria
et a se invicem distincta natura. Nam 1) mandatum est
contractus consensualis et nominatus, hic autem realis et
innominatus, et per traditionem rei incipit. 2) Mandatum
est contractus beneficus, in aestimatorio vero con-
tractu nihil interest, quomodounque ineatur, siue mer-
ces interueniat, siue gratis praestetur officium. In hoc
accipiens semper tamen superfluum secundum verba con-
tractus retinere possit; mandatarius autem pretium, qua-
lecumque pro re vendenda acceperit, restituere debet, nec
quic-

quicquam ex mandato lucrari potest (a). Quodsi igitur conuentum est, accipientem retinere id, quod ultra pretium definitum acciperet: vel ex eo indicium emergit, mandatum non esse initum, sed contractum aestimatorium, si accipiens alternatiue vel ad rem restituendam, vel ad pretium determinatum soluendum est obligatus. 3) Qui ex illo condemnatus infamis fit, secus autem est, si ex hoc contractu condemnatio sequatur. 4) In mandato praestatur culpa leuissima, hoc vero dolus et culpa leuis. (b)

§. XXII.

Contractus aestimatorius differt a locazione et conductione operarum.

Veteres iam ICTos in dubium vocasse, an aestimatorius contractus sit locatio rei ad vendendum, vel conductio operarum, patet exl. 1. pr. de aeft.: ideoque eius rei disquisitio non a scopo meo aliena erit, praecipue cum nec desint recentiores ICTi, qui (a) hunc contractum a locatione conductione, si merces promissa sit, haud differre, contendunt. Itaque breuiter differentias huius con-

(a) I. 20. ff. mands. BRUCKNER diff. de contr. aeft. §. VI.

(b) Cocc. ius controvers. de aeft.

(a) TITIVS ad LAVTERBACH. SCHILTER. ex. 31. §. V.

E





Etus a locatione conductione ostendere iuuabit. 1) Locatio
 conductio, perinde ut emtio venditio, est contractus con-
 sensualis, et nominatus; hic autem realis et innominatus.
 2) Ex illo contractu locator operarum id, quod pretium
 determinatum excedit, retinere non potest: quia illi nihil nisi
 merces ex hoc contractu competit; ex hoc contractu
 autem superfluum accipiens retinet. 3) Locator opera-
 rum, venditione non facta, non rei restitutionem, p-
 rae-
 frito pretio determinato, vti accipiens ex hoc contractu (b)
 denegare potest. Ex his igitur facile intelligitur, hunc
 jcontractum, licet pacto adiecto certa merces sit promis-
 a, tamen a locatione conductione magnopere differre.
 Nec obstat I. 19. §. 1. de P. V., quae non de contractu ae-
 stimatorio loquitur, sed de ipsa locatione conductione;
 et sententia legis est (c): *Praedium meum tibi permisi pi-
 gnori dare tuo creditori bac lege, ut mihi, de eo
 praedio intra certum tempus reluendo, fideiussorem, dares,
 non das fideiussorem, quaeritur: quaenam actio sit instituenda?*
 Respondetur, si merces interuenerit, ex locato; secus de P. V.

§. XXIII.

Contractus aestimatorius differt a societate.

Societati etiam similis esse videtur contractus aestima-
 torius, quia accipiens id, quod pretium determinatum ex-
 cedit,

(b) BRUCKNER *diff. de contr. aest. §. VI.*

(c) BERGER *in Refolut. LL. obj.*

cedit: redinet, dans autem pretium determinatum accipit: ideoque commodum ex vna eademque re vtriusque est commune. Sed hoc negotium a contractu aestimatorio esse diuersum, vel ex eo apparet, quod societas sit contractus nominatus et consensualis; pro quo haberi nequit contractus aestimatorius. Quod 2) in societate conferant res vel operae communis lucri et damni causa; quorum nihil fit in aestimatorio contractu. Deest ergo 3) animus contrahendi societatem, sine quo non intelligitur societas, etiam si communis quaedam vtilitas ex negotio per accidens profiscatur. Huc pertinet l. 13. pr. de P. V. Si tibi rem vendendam certo prelio dedijsem, ut quo pluris vendidisses, tibi haberes, neque mandati neque pro socio esse actionem, quasi alio negotio gesto, quia et mandata gratuita adesse debent, et societas non videtur contracta in eo, quia non admisit socium distractionis, sed sibi certum pretium exceptit. Postrema legis verba applicari non minus posse ad contractum aestimatorium, facile ex eo intelligitur, quia accipiens etiam superfluum retinere potest; et si non simpliciter hic casus pro contractu aestimatorio sit adsumendum; nisi obligatio alternativa accipientis adsit (a).

§. XXIV.

(a) Ant. Fabr. Rational. ad l. 13. de P. V. Struv. Ex. XXV.
§. 6.

Si res aestimata eo pacto vendenda datur, ut lucrum inde perceptum inter contrahentes dividatur, an vera sit societas?

Aestimatio rei collatae non destruit societatis naturam, et societati adiici potest, sec. l. 52. §. 3. pro soc.; modo animus contrahendi societatem declaretur et re vera societas neatur (a). Quod si igitur res aestimata ita vendenda datur, ut superfluum inter dantem et accipientem sit commune, et de animo contrahendi societatem appareat: societas videtur esse contracta sec. l. 44. ff. pro socio; si autem animus contrahendi societatem non appareat, tunc nulla est societas sec. l. 13. pr. de P. V. Nullum dubium ergo est, quin inter eum, qui dedit rem vendendam, et inter eum, qui rem vendendam accepit, intuitu lucri iniri possit societas.

Primum argumentum pro dominio non translato.

Praemissis, quae ad naturam contractus estimatorii, et ad eius differentias a reliquis contractibus pertinent, viam praeparatam esse existimo ad exponendum primarium huius dissertationis argumentum, vtrum dominium per hunc contractum in accipientem ante solutionem pretii

(a) l. 44. pro soc. Ant. Fabr. Rational. ad b. l.

tui transferatur, nec ne. Mihi quidem sententia illorum,
 (a) qui dominium non transferri, contendunt, rectiori-
 bus iuris rationibus inniti videtur. Cum in omni con-
 tractu respiciendum est ad id, quod actum est: tum (I)
 insigne rei argumentum ex eo petitur, quod in contractu
 aestimatorio deficiat intentio contrahentium dominium
 transferendi: si quidem danso animo rem tradit, ut acci-
 piens eam pro statuto pretio vendat, et accipiens eadem
 intentione rem accipit. Etiamsi accipiens ex hoc con-
 tractu facultatem rem pro determinato pretio sibi acqui-
 rendi nanciscatur; id tamen, quod per accidens ex con-
 tractu consequitur, non pertinet ad id, de quo actum est
 inter contrahentes, cum alioquin non hunc contractum,
 sed emtionem venditionem inituri fuissent. Cum autem
 omnes contractus ex tempore, quo ineuntur, diudican-
 di sint; in hoc contractu quoque dominium non transla-
 tum esse dicendum est, cum tempore contractus desit in-
 tentio contrahentium dominium in accipientem transfe-
 rendi. Qui contrariam sententiam defendunt (b) inten-
 tionem contrahentium dominium transferendi ex eo colligi posse,
 existimant, quod in hoc contractu dans fidem accipientis sequan-

E 3 tur,

(a) SEHILTER ex. 32. Cocc. iur. contr. de aest. SCHWEN. dendoerfer.
ad ECKOLT.

(b) B. I. H. BOEHMER diff. c. STRYK. ad LAVTERBACH
de aest. BERGER. in Resol. LL. obſt. eod. tit. LAVTER-
BACH coll. tb. pr. eod. tit. BRUCKNER effLOERKE diff. cc.



tur, et, fide in emtione venditione habita, semper dominium transferatur. Sed monendum est, ex natura contractus aëstimatorii non intelligi, quod fidem accipientis dans sic sequutus; sed potius contrarium: quia accipiens aut rem aut pretium restituere tenetur.

§. XXVI.

Secundum et tertium argumentum pro dominio non translato.

Sed nec adstipulantur (II) leges, cum nullibi dispositum sit, dominium in contractu aëstimatorio transferri. Quod vero nec ex animo contrahentium, nec ex legibus ostendi potest, id ad naturam contractus referri nequit; maxime cum in dubio translatio dominii non præsummatur. Neque (III) alternativa, quae huic contractui in est obligatio ita comparata est, ut exinde efficiatur dominii translatio. Quicquid enim inde consequitur, id in eo consistit, accipientem ad alterutrum obligari aequem principaliter. Nihil hic agitur de re in accipientem transferenda, quam et hic suo arbitratu restituere potest (a). Obiiciunt quidem dissentientes (b), *ex alternativa obligatione*

(a) Cocc. *jur. contr.* de aëst. qu. II.

(b) B. I. H. BOEHMERI *diff. c.*, §. XXXIII. LATTERBACH.
coll. ih. pr. de aëst.

39

rione omnino intelligi dominii translationem, tum quod dans non possit rem praecise repeteret, dominus vero praecise rei restitutionem urgere possit: tum quod accipiens tanquam debitor alternatius vi electionis, quam habet, necessario utriusque rei dominium habere debeat. Sed quod ad primum attinet, verum quidem est, dantem ex hoc contractu alternatiue agere debere; sed exinde concludi non potest, quod dans desierit esse dominus, quin potius id consequens est alternatiuae obligationis, cui non potest non alternatiuum ius respondere: quia quisque exercitum sui dominii saluo dominio circumscribere potest. Quod ad alterum attinet, supra ostendi, dantem, vi iuris poenitendi rem traditam, re adhuc integra, repeteret iure Romano potuisse, eoque ipso admodum circumscriptam esse alternatiuum accipientis obligationem. Deinde quae ex hac descendit elec-
tio non mutat naturam contractus, obligationem tantum ad alterutrum producentis. Id enim pertinet ad consecaria negotii, quod, soluto pretio statuto, rem sibi habere possit accipiens, perinde ut poterat pro eodem pretio eam tertio vendere.

§. XXVII.

Accipiens in regula non praefat periculum.

Tandem nec ex periculi praestatione argumentum ducere licet ad dominii translationem; siquidem et emtor

E 4

pericu-



40

periculum rei emtae habet ante traditionem rei, etiam si
dominus non sit. Accedit quod ex l. 17. §. 1. de P. V.
apparet, accipientem tantum in regula dolum et culpam
leuem praestare teneri. Qui contrariam sententiam se-
quuntur l. 1. ff. et l. 17. §. 1. de P. V. varie explicant.
B. I. H. BOEHMERVS (a), quem magnum ICtum mul-
ti sequuntur, accipientem semper periculum ferre sec. l. 1. de
aest., contendit. Deinde l. 17. §. 1. de P. V. ita expli-
cat, quod ibi sermone de tali contractu, ubi magis taxationis,
quam venditionis gratia aestimatio censetur adiecta, idque ap-
pareat ex subiecta distinctione, qua disquirit ICtus, quis ro-
gauerit eaque circumstantia doceat, in citata lege suppo-
ni casum, quo res accepta periit ante venditionem, eaque ita
praeceps ad vendendum data fuerit; denique nec obstat obligatio
alternativa; quia haec quoque latitat in aestimatione taxa-
tionis causa; sed ita, ut hic praeceps aut ad rem vendendam
aut in specie restituendam obligetur. Actionem mandati hac
lege ideo non concedi, monet, quod species ibi proposita pro-
pter varias circumstantias sit incerta; quamuis alias manda-
tum subesse videatur. Sed haec l. 17. §. 1. ff. de P. V. mea
quidem sententia, etiam de contractu estimatorio dispo-
nere, et cum l. 1. §. 1. ff. de aest. coniungenda esse vide-
tur

(a) diff. c.



¶ ¶ ¶

tur (b). L. 1. §. 1. ff. de aest. supponit casum, quod accipiens simpliciter aestimationem praestare promiserit; illa autem disponit, quid ab accipiente sit praestandum, si de periculo nihil sit conuentum. Distinctio ab Vlpiano in illa l. 17. §. 1. de P. V. facta, vtrum, dans, an accipiens, vel neuter rogauerit, mihi sufficere non videtur, negotium pro mandato accipere. Nam 1) rogoatio non ad essentia- lia cum contractus aestimatorii, tum mandati pertinet; ideoque etiam ab hac non ad existentiam alterutrius contractus concludi potest. 2) Quod ad illam circumstantiam in hac lege propositam attrinet, nempe quod anteven- ditionem res perierint, haec mihi ideo adiecta videtur: quia, facta venditione, quaestio de periculo oriri non pot- est; cum emtor periculum ferre debeat. 3) Non agitur l. c. de casu, quo res aestimata datur solum taxationis gra- tia, quoniam libertas relinquitur accipienti aut rem can- dem danti restituendi, aut pretium: ideoque de contra- actu aestimatorio in d. l. sermo est. 4) Nec ex subiecta, distinctione appareat, speciem ibi propositam fuisse incertam cum distinctio illa in se actionem non reddat incertam, sed ostendat, quod in negotio vnius actionis, scilicet P. V., quae de aestimato proponitur, pro diuersitate circumstantiarum aliud atque aliud obtineat.

§. XXVIII.

(a) STRVV. Syntagm. iur. ciuil. Ex. XXV. de aest. Petr. MÜLLER
ad STRVV. l.c. Cocc. iur. contr. eod. tit. qu. II. HVBER prael.
iur. Rom. eod. tit.

F



¶ ¶ ¶

§. XXVIII.

*Ex aestimatione venditionis causa non probari
potest translatio dominii.*

Oblicitur porro, aestimationem in hoc contractu semper fieri venditionis causa, hanc autem dominium transferre perinde ut venditionem. Sed supra iam ostendi, ex natura aestimationis venditionis causa translationem dominii probare non posse. Etiamsi instar emtionis esse dicatur; differt tamen ab ipsa emtione venditione, et ne per hanc quidem translatio dominii simpliciter peragitur.

§. XXIX.

Refutatur argumentum pro translato dominio ex libera dispositione accipientis presumptum.

Praeterea, qui contrarium sententiam defendunt, accipientem omnes effectus dominii exercere, et rem acceptam vel in proprios usus conuertere: vel etiam aliis donare posse, contendunt: neque dantem hos effectus impedire posse: ideoque penes eum dominium non manifesse; sed in accipientem translatum videri. Verum enim vero dispositio, quam accipiens intuitu rei traditae habet, non ex dominio descendit; sed ipsi per pactum acquisita est, vi cuius, soluto pretio statuto, rem sibi habere potest. Quodsi accipiens premium non praestat, tunc donatio ab hoc facta nullum effe-

ctum

ctum habet: quia accipiens conditionem, sub qua tantum dominus illi facultatem de retradita libere disponendi tribuit, non impleuit, et rem hoc casu a tertio vindicat. Immo dans, re adhuc integra, prohibere potest, quo minus accipiens de re pro labitu disponere possit: quia, si timet, quod pretium ab accipiente non consequi possit, ius poenitendi exercere potest.

§. XXX.

Refutatio argumenti, danti non competere in concursu rei vindicationem.

Ex quibus simul conficitur quaestio, *vtrum danti in concursu competit rei vindicatio: quam nonnulli ideo negant, quod, re alteri mediante contractu aestimatorio aestimata data, dans fidem accipientis sequatur, et ideo tantum inter reliquos credidores, sit ponendus (a).* Sed supra iam dixi, ex alternatiua obligatione non descendere translatiōnem dominii, et accipientem esse aequē debitorem pretii definiti praefandi, ac rei restituendae: ideoque, illo non praefito, subsistere principalem ad rem ipsam restituendam obligationem. Vi dominii ergo dans rem adhuc extantem ex concursu vindicare potest.

F 2

§. XXXI.

(a) I. §. §. 18. *De tribut. act.*



§. XXXI.

*Quaenam actio ex hoc contractu institui possit, et
vtrum dans contra tertium b. f. possessorem, cui
accipiens rem non vendidit, in eo casu, si acci-
piens non sit soluendo, agere possit?*

Ceterum vix opus est exponere, actionem, quae ex
hoc contractu oritur, esse actionem de aestimato s. ac-
tionem aestimatoriam praescriptis verbis (a); eamque insti-
tuit a dante contra accipientem, ut vel rem, vel pretium
determinatum praestet. Quae actio etiam ab accipiente
(b) ad mercedem promissam obtinendam institui potest,
eaque hoc casu actio etiam directa nominanda est: quia
non ex ratione sed ex verbis legis haec actio oritur, et
I. 2. de aest. verbum *utilis* nihil aliud significat, quam quod
haec actio in eo casu accipienti sit proficia. Quoniam vero,
dominium per hunc contractum non transferri, hactenus
exposui: quaestio, vtrum dans contra tertium bonae fidei pos-
sessorem, cui accipiens rem non vendidit, in eo casu, si accipiens
non sit soluendo, agere possit, facile diiudicanda est. Nam
cum dans tantum ea lege rem tradidit, ut accipiens vel
eandem, vel pretium determinatum restituat: hac con-
ditione non impleta, dans libere dominium suum exerce-
re, et rem a tertio b. f. possidente vindicare potest.

(a) I. i. ff. de aest.

(b) HUBER, prael. iur. Rom. cod. t.



(c)

Göttingen, Diss., 1770
f

ULB Halle
004 590 627


3



Sb.

	8
Centimetres	7
	6
	5
	4
	3
	2
	1
Inches	1
	2
	3
	4
	5
	6
	7
	8
	9
	10
	11
	12
	13
	14
	15
	16
	17
	18
	19

Farbkarte #13



1770/II-11
1901

DE
DOMINIO PER CONTRACTVM
AESTIMATORIVM ANTE SOLVTIO-
NEM PRETH IN ACCIPIENTEM
NON TRANSLATO
SPECIMEN IN AVGVRALE

Q V O D
POTENTISSIMO PRINCIPĒ AC DOMINO
DOMINO
GEORGIO III.

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE
DEFENSORE FIDEI

BRVNSVICENSIVM ET LVNEBURGENSIVM DVCE
S. R. I. ELECTORE ARCHITHESAVRARIO
RECTORE GEORGIAE AVGVSTAE MAGNIFICENTISSIMO

ILLVSTRIS
IVRECONSULTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRO

SVMMIS IN VTRQVE IVRE HONORIBVS
RITE ET LEGITIME CONSEQVENDIS
PVBLICE DEFENDET

JOANNES HENRICVS STVHLmann

ALTONANVS

AD DIEM VI. JANVARII CICDCCCLXX.

GOETTINGAE
EX OFFICINA SCHVLZIANA.

